



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Vita Ioannis Berchmanni Flandro-Belgæ Religiosi Societatis Iesv**

**Cepari, Virgilio**

**Antverpiæ, 1630**

Seuera sui custodia.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46083](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-46083)

quid me vult, paratissimum offero; si quid interrogat, interrogatum audio, verbulo vnico respondeo, & vel alterum superuacaneum adijcere caueo. Assueuerat eorum, qui obuiam sibi fiebant, Angelos custodes salutare, aut etiam Deum pro eis orare; interque prætereundum defunctus salutandi officio, spatij aliquantum se inter & occurfantem relinquere honoris causâ.

*Consuetudo salutandi Angelos occurrentium.*

Per omnem vitam nihil vmquam in eo notatum aut gestu solutius, aut signis lasciuus, aut verbo actiue contrarium puritati: cumque esset ingenio alioqui iucundo ac blando, hîc semper seuerissimus extitit. Atque vt gratiâ comitateque alliciebat omnes, ita singulari morum verecundiâ, castitatis amorem in animis intuentium excitabat: videbanturque ab oculis eius quidam quasi radij vibrari, quibus aspicientes ad castimoniam accendebat. Suiipsius verò custodem egit circumspeditione ac seueritate tantâ, vt quem lecti locum, corporisque situm, in decumbendo, vesperi semel fuisset fortitus, eundem absque omni motu, seu frigus seu æstus esset, in auroram vsque tenuisse deprehenderetur. quem morem reliquo vitæ cursu constantissimè obseruauit. Priusquam in lecto se componeret, diuersas lecti partes his illisque Sanctis protectoribus suis assignabat. Inter hos

*Admiranda castitas.*

*Seuera sui custodia.*

*Religiosè ad somnum se componit.*

medium